

motibus animi. ut te humili affectu prosternas fratri ad quem charas cogitatio
ne percurris in specu eius cui munus oblaturus es. Hoc autem dicitur quis facere.
ut dicit Nicolaus de lira. quando habet propositum satisfaciendi loco et tempe
competenti. Et hoc modo utitur ecclesia romana. qui reum poenitentem absoluit
et sibi satisfactionem leuio sciendam imponit. Sivero sic presens et proxime possit
ipius fratris offensi haberi poenitentia eum non simulato animo laedere atque in gra
tiam provocare veniam postulando. debes ac teipsum offeras munus tuum. Sed
surgit hic alia questio. Utrum ille cui iniuriatus est debeat amicitiam querere.

Respondeo iuxta Alexandrum de alis in tercio. quod duplex est debitum. scilicet debitum ne
cessitatis. et sine quo non est salus. et secundum hoc qui iniuriatus est non debet
reconciliationem querere. Unde Augustinus in sermone domini in monte. Non
veniam postulabis ab eo qui tibi iniuriam fecit. sed tantum dimittas sicut tibi
a domino dimitti cupis quod ipse promiseris. Et est debitum perfectionis quod consistit
ad maiorem gloriam. et hoc modo dicit Crisostomus. Qui iniuriatus tebes duplicem
reconciliationem querere. ut duplicem gloriam consequaris. unam qua iniuris
tus es. alteram qua prior rogasti. Non enim volens te deus substernere sub pe
dibus eius iubet te prius rogare. sed volens tibi humilitatis gloriam purgere hec ille

Domnica vii. est euangeliū In illo tpe. Cū turba multa
Matth. viij. Sunt disputari que in domnica. iij. quadragesime disputata sunt.

**Domnica octava Est euangelium. Attendite a falsis pro
phetis etc.** Matth. vij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones

Prima Utrum cauendi sint falsi prophete. Secunda. Utrum sufficiens ar
gumentum ad cognoscendum peccatos lupos assignat. cum dicitur A fructibus
eorum cognoscetis eos. Tercia. Utrum simpliciter ex voluntate iudican
canda sit actio bona vel mala

De primam questionem sic proceditur. Et videtur quod
non sint cauendi falsi prophete. Primo sic. Nulli tales nunc sunt
ergo etc. antequam probatur ex illo Matth. xij. Lex et prophete usque iohan
nem. ergo videtur quod non oporteat post tempora iohannis a talibus attendere.

Secundo sic. Si dicantur per falsos prophetas heretici. Contra apostolus inquit. pri
ma Cor. xij. Oportet esse hereses in ecclesia. ut qui probati sunt manifesti fiant
ergo non est attendendum sine cauendum ab eis. Tercio ex illo Matth. xij.
Ubi dominus mandavit ut serui permitteret crescere zizania usque ad messem. sed per zi
zania heretici intelliguntur secundum Augustinum. ergo etc. In oppositum est euange
lium presens. Respondeo dicendum sub ista conclusionem. quod diligenter cauendi sunt
falsi prophete qui hic heretici dicuntur. Et huiusmodi ratione. Primo sunt diligenter
cauendi. quia occulte veniunt et incedunt falsam doctrinam sub virtutum apparentia
palantes. Unde dicitur. Tenuit in vestimentis ovium. id est. ut recit sub bonis operibus. s. ora
tionibus ieiuniis et elemosinis que ipsi sicte faciunt. quia in his non honore dei intendunt
sed favore populi captandum. ut eorum dictis credulitas citius adhibeat de qui
bus dicit apostolus ad Romanos. xvj. Per dulces sermones et benedictiones seducunt
corda innocentium. Secundo sunt diligenter cauendi propter periculum